



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

De apparatu animæ ad pugnam. Colloq. LXXXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

deptorem tuum derelinquas, quo videlicet antiquo illi generis tui persecutori adhærescas. Age ergo cor meum, attollere & inflare contra Bubonem istum, excita vires tuas contra monstruosam istam bestiam, aperi te receptura præsentiam Domini tui I E S V S, qui te docebit modum bene resistendi, & opem adferet vt gloriam victoriamque reportes. Hunc in modum Ratio sermocinabitur, sicque voluntas pulcherrimis istis similibusque consilijs instructa, & sanctis desiderijs corroborata, iuxtaque assistentia Dei sui sustentata, opponet se hostis insultibus, cum firmo constantique proposito malle se mille tormentorum generibus excarnificari, quam se dedere, aut vlla ratione, perditis istis consilijs assentiri.

De apparatu animæ ad pugnam.

COLLOQVIVM LXXXVII.

THEO.
Diligen-
tia ani-
mæ de-
notæ.

AD hunc ergo modum anima in propugnaculum suum se recipiens, speculas occupabit, ingruentia obseruabit, eminus occa-

occasiones praeuifas resecabit, loca
 suspecta varijs stratagematibus mu-
 niet, quinque sensuum exteriorum
 portas custodiet, aditum omnem
 exploratoribus curiositatis occlu-
 det, praefidia virtutum conquiret,
 speculas vigilantiae extruet, exa-
 men conscientiae sub noctem insti-
 tuet, propugnacula & excubias sin-
 gulas perlustrabit, & sicubi forte fi-
 lium pigritiae, vanaeque gloriae re-
 periat, qui vigilijs indormiat, si spi-
 ritum aliquem pusillanimitatis, aut
 alium quempiam inueniat, qui ad-
 uersae hostilique parti fauere videat-
 ur, eum ille confestim aut corrigeret,
 aut per secretam confusionis por-
 tam eijciet, ne tumultuarius aliquis
 clamor inutilis exoriatur. Atque ne
 etiam somno locus vllus relinqua-
 tur, & ne forte illud eueniat, quod
 multis obsessis ciuitatibus accidit,
Inuadunt v. b. somno vinoq. sepultam. 2. A. n.
 Edicet per omnes ciuitatis suae pa-
 rochias ieiunia, interdicit conui-
 uia, & expresso mandato appetitui
 sensuali prohibebit, ne vllos cibos
 aut culinam aliquam in stomacho

Porta sensuum exteriorum diligenter custodienda.

patiatur, & com meatum aliquem
 reliquis corporis partibus submit-
 tat: nisi semel tantum in die parum
 panis & aquæ, cum fructibus aut pi-
 sciculis paucis cum necessitas vide-
 bitur postulare. Iam cum inimicus
 colloquium instituere volet, aurem
Genes. 3. ei nequaquam accommodabit: re-
 miniscens Euxæ matris nostræ, quæ
 6. hac ratione fuit decepta. Quod si et-
Arma iam petulcus alludat, tum verò ge-
anima nerosa illa bellatrix commodius il-
deuota. lius impetum exceptura & repulsu-
 ra, confestim corpus suum obarma-
Matth. bit, loricaque cameli insternet, qua
 3. 4. Ioannes Baptista in deserto usus
 fuit, longè quidem omni chalybe
 fortiore solidioreque: cinget adhuc
 carnem suam funibus castitatis, aut
 loris eiusdem materiæ cum vesti-
Ephes. 6. mento. Arripiet deinde enseni vel
 acinacem iustitiæ, galeam salutis,
 scutum fidei, & gladium spiritus,
 quod est Verbum DEI. Ita arma-
 ta atque instructa deuota anima,
 ascendet muros cum comitibus
 suis, id est, virtutibus à sapientia di-
 uina ad id mandatis, & veteribus
 illis

illis Amazonibus nulla in parte conferendis. Ordines autem ducet Poenitentia portans insignia in velo lachrymis distincto, depictas unã cum Tau argenteo. Cassis seu galea insignium cærulea erit, onerata corona aurea, quæ duodecim lapidibus pretiosis collucebit; ita ut tres purpurei, tres flavi, tres miniati, tres denique cærulei ac miro artificio inter se permixti sint.

De anima exercitu triumphante.

COLLOQVIVM LXXXVIII.

PORRO cum deuota quæpiam **THEO.**
 anima oculos suos in hoc velum ita conijciet, fieri plane non poterit, quin confestim intelligat, quomodo configere, & victoriam debeat reportare. Clypeus autem huius insignij, (Hieroglyphi- *Insignia*
 cū mortis is est, propter coloris ni- *anima*
 gredinem quæ nocti & exequijs di- *devotæ*
 cata est) finis ei sui memoriam refricabit, quemadmodum etiam litera Tau, quæ primum mundi alphabetum, & illius linguæ, qua Deum primo vsum fuisse accepimus, termi-

D d s natat